

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Senatus Aliae Universitatis Rostochiensis Lessus Super obitum ... Herois
Incomparabilis, Divi Gustavi Adolphi Regis Suecorum ... : Ad Mandatum ...
Megapoleos Principum &c. Publico & solemni luctu habitus a tribus in eadem
Universitate Professoribus, Anno 1632. Mense Decembri die 18. 19. & 20.**

Rostochi: Rostochi: Hallervordius: Pedanus, 1633

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730471055>

Druck Freier  Zugang

1633.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn730471055/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730471055/phys_0001)

DFG

Rr. 1627(2.)

~~Ro - 1513 1-4~~



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730471055/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730471055/phys_0003)

DFG



SENATUS
Almæ Universitatis Rostochiensis
LESSUS
*Super obitum, eben inexpectatum
& lacrimabilem!*

HEROIS Incomparabilis,
DIVI
GUSTAVI
ADOLPHI
Regis Suecorum,
Cœtus Evangelici, libertatis
Germanicæ, Religionis purioris de-
fensoris & Vindicis Magniac Triumphantoris
felicissimi & gloriosissimi;

Ad Mandatum
Illustriss. & Celsiss. Megapoleos Principum &c.
Publico & solemini luctu habitus
à tribus in eadem Universitate Professoribus, Anno
1632. Mense Decembri die 18. 19. & 20.

ROSTOCHI,
Typis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typogr.
Prostat apud Johan. Hallervordium ibidem bibliopolam.
ANNO M. DC. XXXIII.

20-137 2.





I nobis in hac Ur-
be constitutis ante bi-
ennium copia fuisse
optandi, quæ ex no-
stro usu fore putare-
mus: nemo, ut opinor, tam fuisse im-
probe cupidus, qui vel aliud, quam
quod evenit, vel ut illud alio modo
eveniret, optare ausus esset. Cum n.
in summo periculo & extrema tegulâ
quod dicitur, nos ipsi staremus, corpo-
ribus conscientijsq; nostris immineret
servitus, partim pudenda, partim exi-
tiosa, fortunæ vero & facultates rapi-
nis incendijsq; essent expositæ, neq;
ulla malorum idea non exspectanda

A 2 vide-

videretur: præter omnem expectatio-
nem & supra votum, ut è Machina De-
us quispiam solet, in fabulis, ita nobis
immerentibus à Deo opt. clementissi-
mo, maximo, per fatalem huic seculo
& hisce terris donatum & concessum
heroem ac Dn. Dn. GUSTAVUM
ADOLPHUM Suecorum &c. Re-
gem invictissimum, regem verè Augu-
stum, Pomeraniæ vero & hujus no-
stræ MEGAPOLEOS adeoq; totius GER-
MANIAE oppressæ vindicem, liberato-
rem, servatorem, æterno honore & im-
mortali memoria dignissimum, SALUS,
VITA, VICTORIA, LIBERTAS, apparuit
contigitq; data & concessa. Et qui-
dem contigerunt ista salvis PRINCIPI-
bus illustrissimis, Dominis nostris cle-
mentissimis, Integra urbe, civibus illæ-
sis, inviolata LEGUM autoritate, salva
utraq; Republica, Quæ si cum detri-
mento.

mento nec levi conjuncta contigif-
sent, quod in pluribus locis factum vi-
demus, & non sine lacrumis ex animo
dolemus: tamen in ira Dei clemen-
tiam, in poena mitigationem, vera pie-
tate agnoscere, & justa gratitudine
prædicare debuissimus merito. Ve-
rum enim vero, quæ sit humani inge-
nij perversitas, vel ex eo apparet, quod
in adversis rebus vitia nostra, quibus
illæ calamitates tanquam à Cæcia nu-
bes attrahuntur, agnoscamus quidem,
nostram fortunam miseramur, promit-
timus emendationem vitæ & gratitu-
dinem Deo hominibusq; debitam:
Ubi vero secundiores apparere & ad
votum nutumq; fluere incipiunt, li-
cet nec dum omnis tempestas desæ-
vierit, licet nubes etiam reliquæ nihil
placidi minentur, sic tamen in sole scî-
mus, efférimur, deliciamur, Luxuria-

A 3, mur,

mur, pietatis erga D E U M , gratitudi-
nis erga benemeritos, caritatis erga
proximum colendæ & exercendæ
obliviscimur, ac si LETHAO quo-
dam poculo dementati omnem sen-
sum calamitatis præteritæ , omnem
officij civilis & Christiani memoriam,
omnem futuri mali, tanquam male so-
piti incendij & ex cineribus redivivi
metum deposuissemus, adeoq; petu-
lanter abjecissemus. Quare minime
mirandum est, si Deus mitis ille & be-
nignus pater, ad iram vix depositam &
pœnam remissam, licet invitus, rever-
tatur, & nos quovis Phryge verberone
deteriores, nec plagiis quidem emen-
dabiles, alijs nos oneret gravioribus,
quæ & seculo exitum adferant, ipsosq;
homines æternō infortunio mactent,
cujus rei sane initium jam factum esse
videtur. Etsi enim certis nuntijs alla-
tum

tum est, Deum exercituum, ut sacræ
eum literæ appellant, suos & nostros
hostes iterum ingenti clade affecisse,
quæ priores etiam numero cæsorum
hostium, copia spoliorum, terrore fu-
sis fugatisq; injecto, longe superarit:
nimis tamen Luctuosum nobis reddi-
dit hanc victoriam mors ipsius Impe-
ratoris & Herois nostri, quam ille Vi-
ctor hostium suorum, triumphatorq;
permissu DEI nobis illum auferentis,
nos illius obitu glorioso punientis, læ-
tus lubensq; obijt, summa quidem &
hoc seculo inusitata incredibiliq; ani-
mi invictissimi constantia & fortitudi-
ne, quam nullo unquam tempore in-
termoritura gloria consequitur, sed
nobis nostrisq; partibus heu nimis im-
matura. Optime igitur & gloriolissi-
me quidem cum illo actum est, qui
cum omnes suas actiones ad DEI glo-
riam,

riam, ad salutem ECCLESIAE periclitantis, ad Liberationem oppressorum instituisset ac direxisset, animam, quam divinitus acceptam huic rei devoverat, Victor DEO reddidit, Sanguinem profudit, Spiritum impendit, & voti quo in ipso belli initu non invitus se obstrinxit, compos evasit. Hoc igitur tam tristi, tam luctuosu casu, quid nobis faciendum sit, etiam atq; etiam cogitemus. Primo quidem censeo gratias DEO illi patri misericordiarum agendas ex animo, quod PRINCIPES ILLUSTRISSIMOS, ductu & auspicio incluti & fortissimi hujus, nunc etiam beatissimi HEROIS, ut patriæ patres subditis nobis tanquam liberis reddiderit, qui, dum illi absunt, sub manu inpotentium dominorum haud leviter vapulavimus. Deinde rogandum & serijs precibus sollicitandum eundem, ut huic jam in
cœlis

cœlis triumphanti HEROI, alium in ter-
ris hoc tam turbulentō seculo necessa-
rium substituat GEDEONEM seu MAC-
CHABÆUM, qui sui prædecessoris lauda-
tissima premat vestigia, laborantem &
persecutione hominum sanguinolen-
torum infestatam Ecclesiam protegat
ac defendat, bella DEI intrepido ani-
mo gerat, opem divinam seria pietate
ac timore Dei sollicitet impetratq; pu-
blicæ salutis studeat unicæ, privato vel
honori vel emolumento renuntiet:
DENIQ; ab eodem petendum, ut prin-
cipes nostros clementissimos, totamq;
inclutam Domum Megapolensem sub
alarum suarū umbrâ tueatur, provinciā
totam inq; ea hanc urbem, in qua nos
habitare fecit DOMINUS, tum ACADE-
MIAM pietatis, veræ religionis, optimâ-
rum artium & linguarum laudabilem
officinam defendat, nec sinat clemen-

B

tissi-

tissimus pater, ut vel impietati & insolentia, vel superstitioni & barbarie de-
nuo fores aperiantur; ut Pax & Concordia, sui Numinis cultus verus & se-
ria proximi dilectio in manibus, templis & ædibus nostris floreat, crescat,
confirmetur, alia deniq; omnia, quæ
ad prosperitatem & salutem non solū
terrenam, sed vel præcipue æternam &
cœlestem pertinent largiatur, quæ ve-
ro nocere possint, in sui nominis ho-
stes eorumq; devota æterno exitio ca-
pita convertat. Quod ut eo citius &
certius impetremus, hoc insuper fa-
ciendum erit. VITA inquam hacten⁹
acta, est emendanda, quo nos, præter
severissimum DOMINI præceptum, duæ
gravissimæ causæ impellunt. Videmus
quo in statu versetur jam tot annis affli-
cta Germania, quo pericula sanguine
suo hic HEROS noster à nobis averterit:

Hoc

Hoc beneficio indigni, omnium mortalium ingratissimi; adeoq; impij & execrabilis futuri essemus, nisi omissis delicijs, Luxu, jocis, convivijs cæterisq; levitatibus, quas nimis frequentes etiā in Cætu civium Academicorum deprehendimus, ad luctum & lacrumas, immo saccum & cinerem convertamur. Annon Corona, eaq; omniauro, gemmis & unionibus pretiosior à Capite nostro lapsa est? Annon HEROS ille cecidit, qui nobis tot beneficiorum autor extitit, & plurium haud dubiè extitisset, nisi Cœlestia illum regna præripiissent, & Deo anima illius magis placuisset quam nobis ingratis. Liberi, defunctis parentibus atrati sequuntur funus: nos vero candidati & festive amicti & vestiti incedemus eo defuncto, qui parentes liberis, liberos parentibus reddidit? Cum primarius

B 2. quidam

quidam Romani populi mortu⁹ eff̄etur, ite,
dicebat filijs Aemylius, exequias ei viro, quo
majorem & præstantiorem nunquam vidistis,
neq; visuri estis; Quidni vos potius o juvenes
Academici, itis & Lugubri sumto vestitu, te-
stamini, hoc tempore eum defunctum esse
Heroem, vestrisq; lacrumis defletum & decora-
tum, quem nemo aliis virtute ante ivit, pares
qui habuit paucos, & infinitos longissimo post
se reliquit intervallo, Præsertim cum & princi-
pes nostri clementissimi hoc ipsum serio ve-
lint, jubeantq;, ut non solum in publicis Con-
cionib. ECCLESIAE hac de causa indictis, populus
ad hujus rei magnitudinem perpendendam
commonefieret, verum etiam è nostris Cathe-
dris publicæ haberentur Orationes, hoc ipso
fine, ut cives Academici tanto magis incen-
dantur, quanto convenientius eorum ordini
est, suo exemplo plebeis & idiotis prælucere,
omnem hoc tempore hilaritatem abdicare,
cladem peccatis nostris debitam precibus a-
vertere, & Ecclesiam, provinciam, Acade-
miam, urbem divinæ protectioni Commen-
dare.

Cum vero hodierni diei horæ antemeridia-
næ publicis ECCLESIAE concionib. destinatæ sint,
Nos

Nos pomeridianis agemus quod nostrum est,
& sequentium dierum, quas habituri sumus
vacuas, antemeridianis, I. Igitur orationem
habebit hodie hora I. pomeridiana, Clarissi-
mus Vir Dn. M. JOHANNES HUSWEDELIUS,
Ethices Professor eximius, II. Crastino die
Mercurij antemeridiana 9. Vir Reverendus
Dn. VALENTINUS LEGDAEUS S. S. Theol. D. &
Prof. dignissimus, III. Die Jovis perendino
hora itidem antemeridiana 9. Vir Clariss. &
Consultiss. Dn. ALBERTUS HEINIUS J. U. D.
& historiarum Prof. Excellentissimus. ad
quos audiendos, ut Dn. Doctores, Professores,
Magistri, verbi Divini & Scholæ ministri, cum
tota Nobilissima & studiosissima juventute in
auditorio majori frequentes convenire velint,
obnixe rogamus & serio hortamur. P. P. sub
Sigillo Rectoratus 18. Decembr. ANNO M.
DC. XXXII.



B 3

Eiusdem



Ejusdem Academix Threni.

Communi veluti restatur jubila plausu
Quadrupedum, volucrumq; genus, genus omne ferarum,
Quamprimum creceo, gressu properante, cubili
Excedens, oculos ad terram Aurora nitenteis
Vertit, & insigni faciem splendore decoram
Monstrat. Mortales gaudent, & alauda canora
Cantus dulcisonos suavi modulamine nectit;
Et qui securus noctu latitavit in antris
Ad pastum satagit prodire Leunculus ardens.
Hesperijs contra cum Phœbus mergitur undis,
Triste supercilium sumit gens quælibet; ater
Et dolor & torpor languentes occupat artus.

Haud aliter postquam REX INVICTISSIMUS, ille
GUSTAVUS, mundi rutilus Sol, gloria terra,
Ex Aquilonari proficiscens cardine lucem
Edidit, & radios totum dispersit in orbem,
Non aliter quam si gelido revocata sepulchro
Corpora, quæ dirâ tenuerunt lege Sorores,
Mandaret quisquam, vita melioris amicam
Indulgredi requiem, vitaleis sumere & auras.
Sic novus accessit Germano Spiritus orbi,
Christiadumq; chorus pressâ nova gaudia mente
Concepit; quippe hæc velut æthere missa supreme
Divûm progenies, ut filo educeret a quo,
Qui Labyrinthæ detenti carcere, durâ
Sorteq; vexati, & crudeli militis irâ,
Tristem ducebant extrema per omnia vitam.

Aft

At cum fama gravis nostras manavit in oras.
Hunc solem obductum pullatā Sindone vultum,
Passum defectus, mortisq; subisse labores;
Lumina cæcavit tristis caligo repente
Viventum. Ipsa loco cellus commota gemiseit;
Vix Elementa etiam propriâ statione morantur,
Quin pavida huic solvant tanto exequalia justa.
HEROI, vera qui religionis amore
Et virtute animi, divinae & acumine mentis,
Inter mortales tantum caput extulit omnes,
Quantum abies celsa inter humili nascentia fraga.
Nunc, dolor! occubuit moreali ab arundine læsus
Hic Libertatis reparator. SUECIA REGEM
Et REGEM & PATREM vidit, quem turba piorum.
Agnovit Gideona suum! Niq; invida Parca
Impete tam celeri vita filia fecasse.
Forfitan EUROPAM (qua nunc lacerata capillos
Largiter humectat miserandis fleribus ora.)
HIC MARS afflictis quondam extraxisset ab undis,
Quæs immersa jacet, jugulo tenus, undiq; diris
Circumfusa malis, tumido velut æquore pressa.
Nunc, dolor! occidit & crudelibus occubat umbris,
Nectare quem dulci saturum decuisset adire
Sydera, & incolumem vixisse perennia secla.
Verum aliter versa eccl. à Numine tragula summo.
Propositum cuius mens perscrutarier unquam
Haud poterit, neve Ingenij vis dextera nostri.
Esto. Unum hoc superecc, communia vulnera poscunq;
Communes lacrumas. Toto gens omnis in orbe
Defeat hæc, fas est, fatalia funera REGIS;
INVICTI REGIS, qui pro clangore tubarum,

Pro

Pro tormentorum sonitu & stridore machæra,
Haurit dulce melos cœlesti in sede locatus.
Nunc vos, nostri præstantia membra Lycæ,
Teq; Nobilitas Juvenum studioſa Virorum,
Vos hæc commoveant, ad quæ fera corda stupescunt,
O lugete animis! ex tantâ clade, dolorem,
Noſtra etiam accepit, grande, & Republica, vulnus.
Huc agite, atq; pijs supremi numinis iram.
Fletite jam precibus, quo tandem incendia collat
Grandia bellorum, & crudeles orbe tumultus,
Ac donet nostris iterum Alcedonia terris.



IN

Luctuosissimum & Ominosissimum Re-
gis Sueciae obitum.

Siccine nos Miseros, REX Inclyte, deseris, Armis
exutus patriam, quæ super Astra, petens.
Noster eras MOSES redivivus, JOSUA, DAVID
& Maccabæus JUDA, CYRUS; pius.
VICTOR Victus Obis, REX, Papæ Terror & Orbis
Unica Teutonici spes, decus atq; salus.
Victus VICTOR eris, Mundi dum secla meabunt,
& similem patient Tempora nulla Tui.

Ad declarandam insignem Animis sui erga tales
LIBERATOREM ΣΥΜΠΑΘΕΙΑΝ.

Effusum à
Michaele Walthero S.S. Theol.D.
& Frisiæ Orientalis Superint.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn730471055/phys_0021](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730471055/phys_0021)






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn730471055/phys_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730471055/phys_0024)

DFG

lumitatem, pacem, ad Ecc
telam, ad oppressorum in
bertatem, restituendam &
ferat. Tibi vero, o Hero
sima, dum in corpore tuo
vero etiam sanctissima, q
demus, quo luctu justa fac
quod funus ducemus, qua
quod monumentum de
Aureum vel marmoreum,
nione preciosissima putan
perenne habetur, tua in n
merentur: Sed ista ut pom
ita vires nostras superan
tuatum virtutum decerp
contexere, & lacrumis nost
llemus: Sed in animis nostri
salutis & libertatis German
le monumentum aeterna f
& collocandum arbitramu
S T A V O A D O L
C A R O L I F I L. S
thorum, Vandalorum
Imperatori Pio, Felici

D 3



rantis tu
vitute li
andam re
O fortis
ma, nunc
mas fun
o planctu
is ibimus,
atuemus e
num op
im, quod
beneficia
n habent,
quam ex
corollam
ergere va
omnium,
tium, ta
crandum
O GU
DIVI
m, Go
ugusto,
phatori,
Regumi